



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

1. Quibus sit praceptum vt nubant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

2. *Quomodo quis mœchatur corde, ore & facto.*

3. *Quō Deus punit adulterium hic & in futuro.*

 Hristus atq; scriptura præcipit omnibus nubere, & vitare fornicationem & immunditiam, exceptis tribus hominum generibus: quorū primum est, qui ex ex utero matris sunt nati inhabiles ad matrimonium. Deindē qui ab hominibus sunt castrati, aut aliās per accidentales infirmitates sunt sancti defectuosi: postremō sunt, quibus Deus ex speciali gratia concessit donum continentiae, qui se castrant propter regnum Dei, & qui votum solenne emiserunt cælibatus, vt ei fideliū inserviāt atq; imitantur: & qui hoc Dei donū habent, Deo gratias agāt: Sic enim dicit scriptura Sapient. 8. Non possum esse continens, nisi Deus dederit. Et Christus dicit, Matt. 19. Non omnibus hoc datū est, qui potest capere, capiat. Alijs verò omnibus hominibus, seclusis his tribus generibus, præceptum est nubere, vt Gen. 1. Crescite & multiplicamini &c. Et 1. Corint. 7. propter stupravitā suam quisque vxorem habeat, & quæque suum virum. Et iterū, Melius est nubere quam viri. Prohibetur autem hoc præcepto omnis immunditia & luxuria, sub quacunque etiam specie comprehendendipotest. Est quoque magna differentia inter vitam coniugatorum, & vitam fornicatorum ac nebulonū. Nam vita coniugata non est peccatum, quia D E V S hanc instituit & ordinavit, sed vita adulterina & fornicaria peccatum est: hoc enim prohibuit Deus 1. Corinth. 7. Si quis nubit, scilicet legitimè, nō peccat: ergo illegitima cohabitatio Deo displicet, eò quod fornicatores regnum Dei non possidebunt, 1. Corint. 6. Ephes. 5. Galat. 6. Deus quoq; legitimè natis maiora consert gratiarum dona, quam spurijs, vt communiter

Q

niter

niter contingit: habent quoque benedictionem Deum quod secundum ordinationem & voluntatem Deum in legitimo statu sint nati: ergo cauenda est omnis fornicatio. Et Deus per Moysen praecepit Deut. 22: Non sit meretrix inter filias Israel, neque sit scortator inter filios Israel: hoc est Dei praeceptum, contra quod facere non licet. Et quanvis permittantur luxuriantia ob vitandum maius periculum, tamen non ut iustum defendi potest.

2.  
Triplicis  
adulterij  
primum.

Secundum, est triplex adulterium siue luxuria, quae prohibetur: prima est cordis & in cogitatione, quae Christus prohibet Matth. 5. Si quis viderit mulierem alterius ad concupiscendam eam, id est, ea intentione, ut delectetur in cogitatione illa, is iam mœchans est in corde suo. Ideo licet mundus hanc mœchiam non videat, nec puniat, tamen eum Deus in celo despicit, cui omnia nuda & aperta sunt, Hebreos 4. punit hic & in futuro.

II. Deinde mœchia oris prohibetur, quæ fit cum quæ in honestis verbis alienam vxorem alloquitur, incitat, & verba luxuriosa & cantilenas facit, aut etiam inordinatis moribus, gestibus, ornatu meretricio, cuius placeat & prouocet ad luxuriam, sic moneta postolus Ephe. 5. fornicatio autem & omnis immoderata aut auaritia nec nominetur in vobis, sicut de sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scanditas, quæ ad rem non pertinent &c. Matth. 12. Tunc omni verbo ocioso, quod locutifuerint homines &

III. Postremo, ut nec opere perpetremus adulterium sed omnes continentem simus usque ad coniugium, sic commendatur prophetissa Anna Lucæ 2. quod virginitate sua vixerit cum viro suo annis septem & Tobiæ filius docetur a patre, Tobiæ 4. Deinde, quis in matrimonio ad aliam accedat, sed seruet idem, quoad vixerit, & honestatē: nam lex matrimonij non soluitur nisi post mortem alterius, Rom. 7.